



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Excessus, negligentiaeq[ue] quibus remedijs curandæ, quantoq[ue] studio
verbis nostris inuigilare debeamus. Cap. LVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

ut scilicet retribuatur tibi tam pro bono quam pro malo. O frater, quid propo-
nis & quid cogitas? Nocte, imò hoc ipso die tibi moriendum est. Quid cogitas de
crastino, crastinum non visurus? Quid proponis in longum, hodie moriturus, ut
Oportet quod homo ita peccata & occasiones fugiat, quasi hodie moriturus, ut
se hodie in ultima contritione & pœnitentia (qua se velit inuenire) disponat. Et
iterum oportet quod tam instanter ac vigilanter pro virtutibus laboret, quasi iam
à nouo vel ab initio incipiat, in anteriora sese extensurus. In omnibus quoque
eam discretionem & modum teneat, quasi semper victurus, hoc est, ita se habeat,
ut si etiam per plurimos annos ipsam viuere contingeret, adhuc ad seruendum
Deo illi vires sufficerent.

*Excessus negligentieque, quibus remedijs curande, quanto-
que studio verbis nostris inuigilare
debeamus.*

CAPVT LVIII.

Iuat pro defectuum negligentiarumq; vbi deliqueris contra propo-
situm, remedio. (Nam si contra Dei præcepta delinqueris, grauior esset etiam
extorquenda pœnitentia) ut pœnitentiam, hoc est, aliquid afflictiuum in vi-
tionem delicti ex zelo Dei, quem offendisti, tibi imponas. Singulis igitur excessi-
bus, singula adhibeas remedia atq; punitiones. Verbi gratia: quia non licet tibi
post hac loqui de mundanis rebus aut iocis, nec vana, sed edificatoria iârum, et
que ideo quoties excolleris, ages pœnitentiam. Custodi oculos tuos circa intui-
tum cuiuscunque hominis in faciem, ibi tamen magis vbi natura proclinet
est ad recipiendum scandalum. Si excolleris, pro pœnitentia aliquid licet tibi
subtrahere. Familiaritatem nimiam circa quoscunque homines in iocis, in blandi-
tijs, &c. abscinde penitus, quia sensualitas & carnalitas clam se admiscunt. Id-
circo quando soltes, vbi deliquisti in aliquo horum, cadens in terram, pete ve-
niam. Pro superfluis verbis, pro leuitatibus, iocis, cachinnis, & huiusmodi, si nò
ex proposito fuerint admissa, quamprimum aduerteris, te ipsum ad cordiam
gemitu, per tunctione pectoris excitandus es. Venia quoque & gratia emendandi
simul à Deo postulandæ sunt. Si verd scienter aut deliberate admissa sunt, in cel-
la ad terram cadere, & à Deo veniam petere necesse erit. Si notabilis excessus
fuerit, aut si detractoria verba, carnalia, inuidia, iactantia, & huiusmodi int-
derint, idq; scienter, disciplinam, hoc est, virgarum castionem accipe. Si sponte
de seculo, aut alio statuto, aut de rebus seculi cogitationes recinueris aut susce-
peris propter curiositatem aut delectationem cogitandi, toties accipies discipli-
nam, aut in terram cadens, dices: *AHC MALA*. In hyeme, quando molesta tem-
poris consumptio foret vestimentis deponendis, debes prostratus in faciem, vel
in modum crucis expansis brachijs orationem dominicam dicere, & veniam
petere pro eiusmodi defectibus. Quoties in refectorio curiose oculos leuaueris
ad id videndum quod te possit turbare, toties à comedendo tantisper te conti-
ne, donec ter angelicam legeris salutationem. In choro pro simili delicto sumes
veniam,

Familiaritas
abscinde da-
que.

Verba illicita
ta quomodo
relicanda.

Valde pro-
fuit hæ vo-
luntate pœ-
nitentia ex-
citacione

veniam, aut post finem horæ legas salutationem angelicam. Hoc modo subtraheo, aut dilatio cibi ad moram ante oculos positi, & non gustati, donec torquetur satis edendi concupiscentia, pœnitentia erit tibi quando esuris, pro corrigendis defectibus. Duo sunt contra pronitatem delinquendi atque recidivandi opportuna remedia. Primum est, quam cito te deliquisse senseris, doleas, atque propositum emendandi, atque post hac cauendi restaures. idq; tam deuota mente firmoq; proposito, ac si nunquam cecidisses. Itaque hoc facias toties, quoties cecideris. Alterum est, vt delictum commissum absque pœnitentia inultum non finas, sed disciplinam cum virgis, aut afflicturam aliam, quam absque periculo natura ferre potest, tibi impone: aut iuxta discretionem aliqua tibi delectabilia subtrahe: aut saltem (si ijs carere non potes, vt sunt cibus potusve) ad tempus illa differ atque suspende: & hoc ad concupiscentiæ puniti-

Remedia
duo contra
recidivandi
pronitatem.

Propositum emendationis vitæ, vt subinde in-
staurandum sit.

CAPVT LIX. ^o

CAue ne propter humanæ fragilitatis toties iteratæ, toties lapsæ, experien-
tiam, has pusillanimitas, & quasi desperando à bonis cceptis deficias. Quo-
ties cadis resurge: quoties deficis, toties animu in resume, & propositum
restaure, imò toties à nouo iam tibi (quasi nunc primum incipias) leges statue.
Sole enim diabolus quos tentatione non vincit, importunitate, molestia atque
pugnandi tædio plerunq; vincere, vt quos delectationibus, concupiscentiisq;
illicere non potest, pugnandi atque resistendi frequentia fatiget. Tu igitur con-
stans mane, & quotiescunq; etiam victus fueris, arma & vires resume. Nun-
quam victus iudicabitur quisquis ex prælio non recessit, quisquis pugnandi a-
nimo perseuerat, quamuis fortasse hostem nunquam prosternat. Et tu si pug-
nando etiam mortuus fueris, pugna diutina ipsa (quam Dei amore ac propter
Deum sustinuisti) tibi pro victoria atque corona imputabitur. Quia verò
multa sunt quæ cuiusmodi tuum propositum sit aut esse
debeat, iam dicta sunt, eadem ad modum
epilogi recensabo.

Victus in spi-
ritali prælio
recensendus
quis.

EXER-